



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 31. Gelasii Papæ Epistola ad Imperatorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum V. S. Augustini opera inveniatur, ipsius Do-
 A. C. 493. ctrinæ minime consentaneus est.

§. XXXI.

*Gelasii Papæ epistola ad Impera-
torem.*

Epist. 8. Faustus & Ireneus Regis Theodorici Le-
 gati Romam reversi, Gelasio Papæ
 indicarunt, Imperatorem Anastasium
 quæsisse, cur sibi non scripsisset. Igi-
 tur Papa dedit ad eum epistolam, in hunc
 ferme modum: *Scripsissem enimvero, si
 meo uti arbitrio licuisset. Cum vero Le-
 gati tui ubivis locorum dicerent, sibi esse
 in mandatis, ne quidem conspectum meum
 subirent, visum mihi abstinendum esse a Lit-
 teris, quas tibi molestas fore prævidebam.*
 Inferius addit hæc verba notatu dignis-
 sima: *Duobus potissimum Modis hic Mundus
 regitur; Sacra Episcoporum Auctoritate,
 & Regum Potestate. Episcoporum Mu-
 nus altero ideo majus est, quod coram Di-
 vino Tribunali de Regum quoque anima-
 bus rationem reddituri sint. Quod enim
 non nescis, quamvis Cæsarea Dignitate
 supra Genus humanum sis, coram Præsuli-
 bus tamen caput inclinas, Sacramenta ab
 ipsis accipis, in causis Religionem tangen-
 tibus ipsis subjicis, Judicia sequeris, &
 ipsi tuæ voluntati se non submitunt. Si
 Episcopi obediunt Legibus tuis, quantum
 ad*

ad causas Sæculares, & Ordinem Politi- Sæculum V.
cum spectat, scientes, hanc tibi Potesta- A. C. 493.
tem a Deo datam, quanto pietatis affectu
oportet te illis subjici, quibus datum est,
ut Sacramenta distribuant? & si Fideles
universos subjectos esse oportet omnibus
Episcopis, digne Res Divinas tractantibus,
quanto magis tenentur conjungi Episcopo
bujus Sedis, quam a Deo super omnes Epis-
copos positam tota Ecclesia omni tempore
agnovit? ()* Instat deinde per illam Pie-
 tatem, quam in Imperatore, adhuc pri-
 vatae fortis homine, usque in hanc diem
 omnes deprehendissent, & iisdem argu-
 mentis, quæ in aliis epistolis attulerat,
 ostendit, esse necessarium, ut Nomen
 Acacii deleatur. Quia vero populi Con-
 stantinopolitani repugnatio objiciebatur,
 respondet; eundem populum nihil mo-
 visse, cum Macedonius, & Nestorius re-
 jicerentur; rursus satis Auctoritatis in
 Imperatore ad reprimendam populi in-
 solentiam fuisse, cum nata ex Spectaculis
 publicis occasione tumultuari cœpisset.
Denique, inquit: si tanta est Populi unius
Civitatis Reverentia, quanto magis ca-
vendum est, ne Fidem offendamus omnium

F 5 Mundi

p. 1183.
p. 1185.

(*) His Sancti Gelasii Papæ verbis ad demon-
 strandam Sedis Apostolicæ Auctoritatem, atque
 utriusque Potestatis Ecclesiasticæ, & Sæcularis di-
 versitatem, subordinationemque, nihil luculen-
 tius!

Sæculum V. *Mundi populorum, quibus nostra prævaricatio scandalo futura est?*
 A.C. 493.

§. XXXII.

S. Epiphanii Ticinensis Legatio.

Emod. vit.
Epiph. pag.
 394. *ed.*
Sirm.
Id. ap. Boll.
 21. *Jan. p.*
 372. *c. 10.*

Theodoricus Rex, nascens Regnum firmaturus, Legem edidit, qua illis tantum, qui suas Partes secuti fuerant, plenam concedebat libertatem, illis autem, qui cum Odoacro, & Herulis steterant, facultatem testamentum condendi, aut de Bonis suis quocunque modo decernendi adimebat. Hoc Edicto totius Italiæ populi consternati S. Epiphanii Episcopi Ticinensis auxilium implorarunt, rogantes, ut omnium nomine apud Regem intercederet. Is saepe antea Legatione feliciter functus, petita impetraverat; hanc vero solus suscipere recusavit. Rogatur Laurentius Episcopus Mediolanensis, ut se socium daret. Igitur ambo Ravennam, ubi Rex Sedem fixerat, deferuntur. S. Epiphanius, Theodoricum affatus, reis veniam impetravit, quibusdam exclusis, qui se cæteris Duces præbuerant. Tum Rex S. Epiphanio privatim ad se vocato inquit: *vides, quanta sit Italiæ vastitas, inculti jacent agri, postquam Burgundiones ingentem hominum multitudinem in captivitate abstracterunt. Propositum mihi est, captivos redimere; at inter Episcopos nostros, qui hac Legatione fungatur,*
nemi-

e. II.